



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Epistola IX. Leonis Papae I. Ad Theodosivm Semper Avgvstvm. Scribit
imperatori vt Concilium intra Italiam cogat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

EPISTOLA
 FLAVIANI EPISCOPI
 CONSTANTINOPOLITANI
 AD SANCTISSIMUM LEONEM
 PAPAM VRBIS ROMÆ.

*Domino beatissimo, & Deo amabili patri Leoni,
 Flavianus in Domino salutem.*

NULLA res diaboli venena compescit, nec continet
 eius mortiferas sagittas. *Vide reliquum in Concilio Cal-
 chedonensi, parte 1. epistola 6.*

EPISTOLA ALIA
 FLAVIANI ARCHIEPISCOPI
 CONSTANTINOPOLITANI
 AD SANCTISSIMUM LEONEM
 PAPAM VRBIS ROMÆ.

Eutychetis hæreses recenset: illum a se in Concilio Con-
 stantinopolitano esse damnatum, & ad sedem aposto-
 licam nequaquam appellasse. Sententiæ in eum latae
 confirmationem petit.

*Sanctissimo & beatissimo patri, & consacerdoti Leoni,
 Flavianus in Domino salutem.*

PIETATE & recta prædicatione. *Vide reliquum in Con-
 cilio Calchedonensi, parte 1. epistola 4.*

EPISTOLA IX.
 LEONIS PAPÆ I.
 AD THEODOSIVM SEMPER AVGVSTVM.

Scribit imperatori vt Concilium intra Italiam cogat.

Leo urbis Romæ episcopus, Theodosio semper Augusto.

PRO integritate fidei catholicæ Christianissimum prin-
 cipem conuenit esse sollicitum, & hoc indefessis præ-
 cibus diuinam misericordiam posco, vt cordi vestro, id

quod est veritatis, inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. A me autem, atque ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euangelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide literis meis, quas clementiam vestram iamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror vos accepisse. Ratum est nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi patres, quōdam apud Nicæam congregati, secundum fidem symboli credendum & confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis imperator, sicut Nestorii dogma peruersum merito anathematizauimus, ita iuste etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant a Domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, vt intra Italiam habere iubeatis episcopale Concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius ecclesiæ sunt commota, refecari: vt per vniuersum regnum vestrum catholicæ fidei integritate seruata, & pacem Christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Kalendas Iunias, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA X.

LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANVM CONSTANTINOPOLITANVM
EPISCOPVM.

Contra Eutychetis perfidiam & hæresim.

Leo episcopus, dilectissimo fratri Flauiano Constantinopolitano episcopo.

LECTIS dilectionis tuæ literis. *Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte 2. actione 2.*